

BELLVM VIRIATHICVM



TRANSLATVM AB APPIANI

‘DE BELLIS HISPANIENSIBVS’



*Iōannēs Paulus Ferdinandī Flūminis sive Murgēnsis
modō Iōhannis Oerbergis composuit
additāmentum capitulī LI methodī LLPSI*

Hoc opus consignatum est sub Creative Commons diplomate



BELLYM VIRIATHICVM

[Trāslātum ab Appiānī ‘Dē Bellīs Hispāniēnsibus’]

Lūsitānī bellum indīciunt

Lūsitānī duce Punicō sociōrum populī Rōmānī agrōs dēpopulātī sunt, fugātisque Rōmānīs imperātōribus Mānliō et Calpurniō, sex mīlia interfēcērunt, inter quōs Terentium Varrōnem quaestōrem.

annō 155 a.C.

M. Mānlius pr. a. 155
L. Calpurnius Pisō pr. a. 154


Punicus saxō in caput vulnerātus moritur. In eius locum suffectus vir cognōmentō Caesārās. Hic cum Mummio (quī cum exercitū Rōmā nūper vēnerat) commissō proeliō victus fūgit, sed cum effūsō incompositōque agmine Mummus insequerētur, conversus novem mīlia cecidit, et praedā omnī castrisque suīs receptīs, Rōmānōrum castris est potītus et signa multa armaque diripuit, quae barbari totā Celtiberiā per ludibrium circumferēbant. Mummus quinque mīlia quae superfuerant intrā vallum exercēbat, nōn prius sibi in campum descendendum statuēns quam mīlitum animōs recentī clāde territōs cōfirmāset. Cumque barbarōs observāset praedae partem aliquam trānsferentēs, ex imprōvisō adortū, multīs interfectīs et praedam et vexilla recuperavit.

annō 153 a.C.

Caesārās -ae *m*

in-compositus -a -um ↔ *compositus* = instructus
conversus = reversus

circum-ferre



vexillum -ī *n*

cōn-firmāre = firmāre
ob-servāre = speculārī
ex imprōvisō = subitō
adortus -ūs *m* < ad-orīrī
recuperāvit = recipērāvit

Lūsitānī quī alteram Tagī ripam incolunt, et ipsī Rōmānīs indictō bellō, Caucaenō ductōre Cuneōs, Rōmānōrum subditōs, invāsere eōrumque urbem amplam Conistorgim expugnāvēre. Deinde trāiectō ad columnās

Caucaenus -ī *m*
Cunēi -ōrum *m*, gēns Lūsitāniae
subditī -ōrum *m* (< subdere) =
quī diciōnī alicuius parent
Conistorgis -is *f*, urbs Cuneōrum

sub-sequi = īnsequi

āvertēbant : prohibēbant

annō 152

Oxthracae -ārum *f*, urbs sitū igitur
nōtō
vocatāre = vocāre
Vettōnēs -um *m*

īlicō (< in-locō) = statim

annō 151

ēmēfirī -mēnsus = percurrere

mīlitem: mīlitēs

īn-sequi = persequi

lassitūdō -inis *f* < *lassus -a -um*
= fessus
dis-sipāre = dispergere
cōnspiciāri = cōnspicere
ag-glomerāre = coniungere

Carmēlis -is *f*

Herculis Ōceanō, pars Āfricam populārī, aliī Ocīlam 25
urbem obsidēre. Mummius subsecūtus novem mīlibus
peditum, equitum quingentīs, quindecim mīlia eōrum
quī agrōs vastābant occīdit, ex aliīs tam multōs ut Ocīlae
urbis obsidiō solverētur. Occurrēns etiam iīs quī praedam
āvertēbant, omnēs ita dēlēvit ut nē nuntius quidem clā- 30
dis superfuert. Ceterum praedam omnem quae ferri
posset mīlitibus dīvisit, reliquam diīs bellī praesidibus
cōnsecrātam incendit.

Hīs rēbus gestīs Rōmam reversus triumphāvit. Suc-
cessor Mummiī, M. Atīlius, incursiōne factā septingen- 35
tōs Lūsitanōs interfēcit, excīsāque eōrum māximā urbe
(Oxthracās vocitābant) sic vicīna loca terruit ut omnia
dēditiōne acciperet, inter quae nōnnulla erant Vettōnum,
gentis finitimae Lūsitanīs. Sed Atīliō in hīberna profectō
omnēs īlicō dēfēcērunt et Rōmānōrum quōsdam subdi- 40
tōs obsēdērunt. Quōs dum obsidiōne eximere properat
Servīlius Galba (Atīliō successor vēnerat) unō diē ac
nocte quīngenta stadia emēnsus, in cōspectum hostium
vēnit et nullā interpositā morā mīlitem labōre viae cōn-
fectum in aciem edūxit atque hostēs fēliciter quidem 45
fūsōs fugātōsque imprūdentē admodum est īnsecūtus.
Nam cum ob lassitūdinem sēgniter atque incompositō
agmine sequerentur, barbarī eōs dissipātōs cōnspiciāri
per vicēs requiēscere, in unum sēsē agglomerantēs irru-
ērunt et septem mīlia perēmērunt. Galba cum equitibus 50
quōs circā sē habuit Carmēlim urbem fugā pervēnit, quō

et multī aliī cōnfūgerant. Quibus assūptīs, collectisque sociōrum vīgintī mīlibus, in Cuneōs trāsiit et ibīdem hiemāvit.

assūptīs: coniūctīs

hiemāre = hibernāre

55 Lūcullus, quī nūllō populī Rōmānī ēdictō Vaccaeīs arma intulerat, in Turdētāniā hiemāns, postquam Lūsitānōs in proxima invāsisse intellēxit, dīmissīs fortissimīs quibusque ducibus circiter quattuor mīlia occīdit. Eōs-dem novīs cōpiīs irruentēs, circā Gādēs ad mīlle quīngentōs fūdit; reliquōs, quī tumulum quendam īnsēderant, obsēdit et īnfīnitam hominum multītūdinem cēpit. Dēnique Lūsitāniam ingressus carptim dēpopulātus est.

ēdictum -ī n = quod ēdicitur

proximum -ī n = locus vīcīnus

annō 150

carptim = multīs locīs

Galbae perfīdia

Idem alterā ex parte faciēbat Galba, ad quem cum lē-
65 gātī vēnissent sēque dīcerent velle ea foedera fīrmāre quae cum Atīliō, quī paulā ante dux bellī fuerat, pactī violārant, placidē quidem illōs excēpit fidemque dedit simulāns sē eōrum vicem dolēre quod ob inopiam et latrōcinia exercēre et bella gerere et foedera trānsgridī co-
70 āctī essent. “Nec enim” aiēbat “apud mē dubium quīn agrī vestrī īnfecunditās et paupertās eō vōs ēgerit. Proinde sī amīcī esse volueritis, inopibus dabō terram bonam et trēs in partēs dīvīsōs locīs ūberrimīs statuam.” Hīs prōmissīs pellectī, relictīs suīs sēdibus eō frequentēs
75 conveniēbant quō Galba iusserat. Igitur in tria agmina partītōs dēscendere in plānitium quam singulīs assignārat iussit ibique tantisper operīrī dum reverterētur. Deinde ad prīmōs accēdēns ceu iam amīcōs arma dēpōnere

pacīscī pactum = condiōnem ferre, ex compositō postulāre

vicem: cāsum, sortem
latrōcinium -ī n = latrōnum impetus

īnfēcunditās -ātis f = *sterilitās* < sterilis
paupertās -ātis f < pauper
inops -opis (< in-ops) = cui opēs nōn sunt

pel-licere -lēxisse -lectum = blandiendō dēcipere

plānitīēs -ēi f = locus plānus

tantisper (dum) = tamdiū

ceu = sicut, velut

spoliāre (rē) = adimere (rem) imperat. Armīs spoliātōs vāllō circumdat. Postremō im-
 quirītāre = clāmāre missīs aliquot virīs cum gladiīs omnēs trucīdat quirītā- 80
 tēs et deōrum hominumque fidem implōrantēs. Eōdem
 festīnātiō -ōnis *f* < festīnāre modō secundōs et tertiōs ingentī festīnātiōne dēlēvit
 rē-sciscere = cognōscere (ali- priusquam dē sociōrum calamitāte aliquid rēsciscere po-
 quid molestum) tuissent. Sīc perfidiam ultus est, nōn ut Rōmānum de-
 perfidiam *Lūsitānōrum* cuit, Rōmānōrum hūmānitātem, sed barbarōrum dīritā- 85
 hūmānitās -ātis *f* < hūmānus dīritās -ātis *f* < dīrus
 immānitās -ātis *f* = saevitia tem atque immānitātem imitātus.

memorāre = mentiōnem facere
 Ēvāsere tamen ex illīs paucī, inter quōs Viriāthus, quī
 nōn multō post Lūsitānīs praefuit, ēditīsque praeclāris-
 simīs facinoribus Rōmānōs multōs occīdit. Sed de iīs
 quae posterius gesta sunt posteā memorābimus. 90

mīlitī: mīlitibus
 inter-vertere = in rem suam con-
 vertere, sibi retinere
 in pāce ↔ bellī
 mendācium -ī *n* = dictum falsum
 periūrium -ī *n* = iūs iūrandum
 violātum
 Galba Lūcullum avāritiā superāns pauca dē praedā
 mīlitī distribuēbat, pauca amīcīs, reliqua ipse interver-
 tēbat; et quamquam Rōmānōrum dītissimus erat, tamen
 nē pāce quidem āiunt aut mendāciō aut periūriō absti-
 nuisse, dum rem faceret. Invīsus igitur omnibus et ad 95
 iūdiciū tractus, dīvitiārum praesidiō ēvāsīt.

Viriāthus servātor Lūsitānōrum

annō 147
 con-gregāre = cōgere, colligere
 pābulātor -ōris *m* = quī pābulā-
 tur
 perīculum famis
 Haud multō post quōs Lūcullī et Galbae perfidia reli-
 quōs fēcerat, ad decem mīlia congregātī, Turdētāniam 100
 incursiōnibus vastārunt. Adversus quōs Rōmā veniēns
 C. Vetīlius, adductīs novīs cōpiīs et quae in Hispāniā e-
 rant assūptīs ad decem mīlia, cum in prīmōs pābulātō-
 rēs dēlapsus multōs necāsset, reliquōs in locum quendam
 compulit, in quō manentibus famis, abeuntibus ā Rōmā- 105
 nīs grave perīculum imminēbat: tantum difficultātis in-

erat. Quāpropter lēgātīs ad Vetīlium cum rāmīs oleae missīs locum ad habitandum petēbant sēque deinceps in populī Rōmānī potestāte fore prōmittēbant. Vetīlius et



olea -ae f

110 sē datūrum pollicēbātur et iam foedus pacīscēbātur, cum Viriāthus (quī ex inīquā illā Galbae crūdēlitāte ēvāserat et forte fortunā tunc temporis inter eōs versābātur) singulōs Rōmānōrum perfidiae admonēre coepit, quī datā totiēs fide in eōs impetum fēcissent, atque eum ipsum
115 exercitum docuit nihil aliud esse quam reliquiās periūrī Lūcullī et Galbae. Ad extrēmum addidit ‘sī pāreant, tūtum esse ex eō locō receptum.’

sē *locum* datūrum pollicēbātur

inīquus = iniustus (↔ aequus)
forte fortunā: fortuītō
tunc temporis: id temporis
eōs: Galbam et Vetīlium
versārī = trānsīre, praeterīre

extrēmum -ī n = finis
sī *sibi* pāreant
recipere = ēripere, liberāre

Quibus verbīs permōtīs et in spem ērectīs omnium animīs, dux ēligitur; ac prīmum omnēs tamquam ad pugnam
120 nam īnstrūctōs in fronte collocat, deinde iubet ut, cum ipse in equum cōnscenderit, in variās partēs dispersī dīversīs itineribus in Tribolam urbem quam celerrimē fugiant ibique sē operiantur. Intereā mille sēlectōs, quī sēcum in aciem stārent, retinet. Hīs peractīs rēbus, simul
125 latque Viriāthus equum īnscendit, omnēs fugam arripere. Vetīlius ita dissipātōs persequī veritus, in Viriāthum stantem, et occāsiōni, sīqua sē daret, imminentem, conversus pugnam ciēbat. Sed Viriāthus vēlōcissimīs equīs eius cōnātūs ēlūdēns, nunc sēsē subdūcendō, nunc iterum
130 obiciendō occursandōque, totum illum diem et posterum in eō ipsō campō cōnsūmpsit. Ut autem coniectūrā collēgit sociōs ex fugā in tūtō esse posse, noctū profectus dēviīs itineribus equīsque levissimīs Tribolam pervēnit Rōmānīs et propter gravem armātūram et locōrum ignō-

olea -ae f



Tribola -ae f, urbs sitū ignōtō
sē-ligere -lēgisse -lectum = dē-ligere

in-scendere = ascendere, cōnscendere

sī-quis sī-qua sī-quid

ciēre = excitāre, vocāre

cōnātūs -ūs < cōnārī
sub-dūcere = reducere
oc-cursāre = occurrere

coniectūra -ae f = iudicium
col-ligere = reputāre

dē-vius -a -um = procul ā viā

ignōrātiō -ōnis f < ignōrāre

rātiōnem (adde quod dissimilibus equīs vehēbantur) 135
 pactō: modō
 ex īnspērātō: praeter spem
 praesidium -ī n = auxilium
 subsequī nōn valentibus. Hōc pactō Viriāthus exercitum
 suīs rēbus diffidentem ex īnspērātō cōservāvit. Cuius
 facinoris fāmā ad barbarōs perlātā plūrimum illī et decō-
 ris et vīriū adiūnxit, quārum praesidiō triennium tōtum
 adversus Rōmānōs bellum sustinuit. 140

Clādēs Rōmānōrum

re-flectere = retrō flectere
 obēsus -a -um = tenuis
 quī adv = quārē
 nihilī = nullīus pretī
 Carpossos -ī f = regiō *Carpessi-*
ōrum (: Carpetānōrum)
 Bellī -ōrum *m*
 Tīthī -ōrum *m*
 ex-indē = deinde
 annō 146
 liberē = nullō obstante
 quattuor mīlia *mīlitum*
 Vetilius Viriāthum persequēns Tribolam ībat; vērum
 inter eundum dum silvam quandam superat, et Viriāthus
 reflexō equō ā fronte et quī in īnsidiīs erant exsiliētēs ā
 tergō Rōmānōs invādunt. Tum occīsī multī, multī in va- 145
 llēs praecipitātī, vīvī etiam nōn paucī in manūs hostium
 vēnere, inter aliōs Vetilius, quem quia senex erat et o-
 bēsō corpore, quī cēperat, tamquam hominem nihilī in-
 terfecit. Ex decem mīlibus Rōmānōrum vix sex mīlia
 Carpossū profugērunt. Receptōs ex fūgā mīlitēs quaes- 150
 tor Vetiliī per moenia dispōnit adhūc trepidantēs, ac
 quīnque mīlia sociōrum quōs ā Bellīs Tīthīsque impe-
 trāverat obviam Viriāthō mīsīt, quōs ita cecidit ut nē
 nūntius quidem superfuerit. Exindē quaestor intrā urbem
 quiētus auxilium Rōmā expectābat. 155

Intereā Viriāthus Carpetānum agrum fertilem admo-
 dum liberē dēpopulātus est, quoad C. Plautius Rōmā cum
 peditum decem mīlibus, equitibus mīlle trecentīs vēnit.
 Tunc enim simulātā fūgā, missa ad sē īnsequendum ā
 Plautiō quattuor mīlia, conversus paucīs exceptīs dēlē- 160
 vit. Deinde trāiectō flūminē Tagō castra in monte oleīs

cōnsītō, quī Veneris nōminātur, posuit. Ubi eum asse- cūsus Plautius, dum sarciendī damnī acceptī cupiditāte collātīs signīs dīmicat, victus ingentī clāde sine ūllō or-
 165 dine intrā oppida refūgit et circiter mediam aestātem ad hīberna sē recēpit nusquam ausus prōdīre. Quāpropter Viriāthus tōtam regiōnem liberē pervagātus ab agrōrum dominīs mātūrescentium atque īnflantium frūgum pre- tium exigēbat, et sīquī nōn persolvēbant, vastābat ac
 170 perdēbat.

cōn-sītus = satus, sparsus
 as-sequī -secūsus = pervenīre
 sarcīrī = aequāre
 : cupidus sarciendī damnū
 acceptum

per-vagārī
 mātūrescere = mātūrus fierī
 īn-flāre = tumentem facere
 (: crēscere)
 ex-igere = exposcere
 sī-quī = sī-quīs

Fabiī Māximī in Hispāniam missī

Quibus Rōmae intellectīs patrēs Fabium Māximum annō 145
 Aemiliānum, Aemiliī Paulī (quī Perseum Macedonum (annō 168)
 rēgem sustulit) fīlium, in Hispāniam mīsērunt, dēlectūs
 175 habendī factā potestāte. Ille, quia Carthāgine prius, de- dēlectus -ūs *m* = mīlitēs dēlectī
 inde Graeciā subactīs, postrēmō bellō Macedonicō pros- potestāte factā (: datā) dēlectūs
 perē cōnfectō virīs urbs exhausta erat, ut iīs parceret quī habendī (: cōnscrībendī)
 tot bellīs superessent, pūberum tīrōnum duās legiōnēs
 cōnscrīpsit. Atque impetrātīs ā sociīs aliīs cōpiīs, exer-
 180 citum habēns peditum quīndecim, equitum circiter du- Orsō -ōnis *f*
 ōrum mīlium, Orsōnem, Hispāniae urbem, vēnit. Inde in-exercitātus -a -um ↔ armīs
 quod mīlitem inexercitātum et rudem nōllet hostī obice- perītus
 re nūllō temptātō proeliō, Gādēs Herculī sacrificātūrus Gādēs -ium *f*, urbs Hispaniae
 fretō trāiectō petiit. Viriāthus ex eius mīlitibus lignātum Ulteriōris
 185 ēgressīs aliquot interfēcit, reliquōs fugāvit. Eōsdem ā lignārī = ligna colligere; lignā-
 lēgātō rūsus ad pugnam īnstrūctōs dēvīcit ingentī prae- tum *sup*
 dā dētractā. Advenientem autem Māximum, sī forte ad sī: ut
 pugnam ēlicere posset, armātōs ēdūcēns mīlitēs assiduē ē-licere = ēvocāre

dē-cernere (armīs) = pugnāre

ut ... sīc = quamquam ... tamen

frūmentārī = frūmenta colligere
vēles -ites *m* = pedes leviter armātus
expeditus -a -um = leviter armātus

exercitāre = plūrimum exercēre

annō 144

proeliārī = pugnāre, dīmīcāre
ipse (: Fabius) secundus *homō qui* Viriāthum in fugam vertit (prīmus Galba fuit)

annō 143

sē-cūrus -a -um = tūtus

Quintianus -a -um = Quintiī

com-pellere = in ūnum locum cōgere

imbellia -ae *f* < im-bellis
imperītia -ae *f* < *im-perītus*
(↔ perītus)
sub-venire = auxiliō venire
inclūsīs *cōpīs*
Italica -ae *f*, urbs Hispāniae

prōvocābat. At ille, ut tōtīs vīribus dēcernere recūsābat, sīc parte cōpiārum ēmissā levibus commitendīs proeliīs 190 et hostium vīrēs temptābat, et suīs rōbur fidūciamque augēbat. Quotiēs autem frūmentātum ībātur, armātōs mīlitēs vēlitum subsidiō expeditōrumque equitum mūniēbat. Hoc eum paterna discīplīna docuerat bellō Macedonicō mīlitantem. 195

Exactā hieme, exercitātō iam et cōnfirmātō exercitū Viriāthum, fortiter proeliantem, secundus ipse in fugam vertit duārumque eius urbium alteram dīripuit, alteram incendit. Viriāthum ipsum fugientem ad locum ūsque cui Baecor nōmen erat īnsecūtus multōs perēmit, deinde 200 Cordubae hiemāvit.

Viriāthus, nōn iam ut ante sēcūrus, Arvaccōs, Titthōs et Bellōs, bellicōsissimōs populōs, ā Rōmānōrum societāte abdūxit. Igitur in parte aliā Hispāniae cum alterō Rōmānō imperātōre Quintiō collātīs signīs dīmīcāvit et 205 victus montem Veneris repetiit. Unde iterum in hostēs conversus ex Quintiānīs mīlitibus mīlle necāvit signīs aliquot captīs atque hostibus in castra compulsīs. Quīn etiam praesidium quod Itūcae erat vī dēiēcit et Basitānōrum regiōnem dēpopulātus est, cum intereā Quintius 210 ob imbelliam et imperītiam nōn subvenīret, sed Cordubae inclūsīs, quō sē mediō autumnō ad hīberna contulerat, C. Martium quendam Hispānum ex Italicā urbe identidem in hostēs ēmitteret.

Annō exactō successit Quintiō Aemiliānī frāter Fabius 215 us Max. Servīliānus addūxitque sēcum duās legiōnēs

Rōmānōrum et sociōs nōnnūllos, ita ut eius cōpiae omnēs essent circiter sēdecim mīlium peditum, equitum mīlle et sescentōrum. Scrīpsit etiam ad Micipsam, Numidiārum rēgem, ut ad sē elephantōs quam celerrimē mitteret. Prōperantī autem Itūcam et partem exercitūs dūcentī occurrit Viriāthus sex mīlibus mīlitum magnō strepitū ac clāmōre longāque caesariē quam in proeliīs ad terrendōs hostēs barbarī gestāre et quatere cōnsuēvērunt. Cuius impetum tantīs animīs sustinuit ut hostem rē īfectā repulerit. Sed ubi altera pars exercitūs atque ex Libyā decem elephantēs cum trecentīs equitibus advēnērunt, auctīs castrīs prior in Viriāthum aciem dēdūxit et superātum fūdīt fugāvitque.

230 Sed dum turbātīs ōrdinibus fugientem īnsequitur, Viriāthus eā cōnfūsiōne animadversā reversus circiter tria mīlia interfēcit, reliquōs in castra ēgit. Castra quoque ipsa adortus est, cum vix ūllī irruentī hostī ad portās sē obicerent, sed plūrēs metū perculsī tabernāculīs sē abderent nec ab ipsō imperātōre et tribūnīs mīlitum ad pugnam ēdūcī possent. Inter cēterōs tamen Fanniī virtūs (Laeliī socer erat) eō proeliō ēlūxit. Noctis supervenientis beneficiō Rōmānī servātī.

annō 142

caesariēs -ēi *f* = capillī longī

re-pellere reppulisse re-pulsum
= dēpellere, prohibēre
elephās -antis *m* = elephantus

cōnfūsiō -ōnis *f* (< cōn-fundere)
= tumultus

ē-lūcēre = lūcēre, appārēre

Viriāthus et noctū et interdiū, nunc vēlitibus, nunc equis vēlōcissimīs Rōmānōs fatīgandō tandem Serviliānum Itūcam mōtīs castrīs coēgit mīgrāre.

Deinde, quia iam famēs sentiēbātur et cōpiās exiguās habēbat, noctū castrīs incēnsīs in Lūsitāniam concessit. Serviliānus abeuntem nōn assecūtus in Baetūriam, trālā-

tō bellō quīnque oppida quae Viriāthī rēbus studuerant, 245
dīripuit. Inde in Cuneōs cōpiās trādūxit, unde rūsus in
Lūsitāniam contrā ipsum Viriāthum contendit.

In itinere duō lātrōnum principēs obviī factī, Cūrius et
Āpulēius, cum decem mīlibus hominum Rōmānōs turbā-
vēre, cōnfertōque proeliō, quō Cūrius cecidit, praedam 250
ēripuērunt, quam nōn multō post Servīliānus recēpit. Et
aliās item urbēs vī cēpit: Escadiam, Gemellam et Obol-
colam, omnēs Viriāthī praesidiīs firmātās, quārum nōn-
nullās dīripuit, aliīs veniam dedit. Ex decem mīlibus cap-
tīvōrum quōs habuit quīngentōs secūrī percutī iussit, re- 255
liquōs vēndidit. Post haec hīberna adiit, alterō huius bellī,
cui praefuerat, annō.

Atque hīs rēbus gestīs Rōmam rediit succedente illī in
imperio Q. Pompēiō Aulō. Cēterum Connobam quen-
dam lātrōnum ducem cum dēditione cēpisset, eī quidem 260
ignōvit, sed omnium eius mīlitum manūs amputāvit.



ligō -ōnis *m*

amputāre = recīdere, adimere
(cultrō)

Erisānēs -is *f*
Servīliānus Erisānem ... circum-
dat

in fugam conīcīt: fugāvit
ligō -ōnis *m* = instrūmentum
rūsticum

prae-ruptus -a -um = arduus, ab-
ruptus
: ēvādere nōn poterant
dē-turbāre = vī expellere

Viriāthus pācem temptat

Dum vērō Viriāthum persequēns, Erisānem eius ur-
bem vāllō fossāque circumdat. Viriāthus urbem noctū
ingressus, factā sub lūcem ēruptiōne, nōn solum eōs quī 265
vāllum dūcēbant in fugam ligōnibus abiectīs conīcīt,
vērum etiam reliquās cōpiās ā Servīliānō īnstrūctās ur-
gendō īnstandōque in loca praerupta atque īnīqua, unde
ēvādere nōn erat, dēturbat.

Ibi Viriāthus nōn īnsolenter suā fortūnā ūsus, sed ho- 270
nestīs condiciōnibus bellum dēpōnī et magnam ā Rōmā-

nīs grātiā inīrī posse ratus, foedus pepigit quod populus Rōmānus posteā ratum esse voluit ipsumque Viriāthum amīcum nōmināvit et eius sociōs quōs agrōs possederant habēre iussit. Sic bellum Rōmānīs gravissimum cum bonā grātiā exstinctum vidēbatur.

Sed pāx haud diūturna mānsit. Caepiō enim Serviliānī, foederis huius auctōris frāter et eiusdem in imperiō successor, crīminandō pacta tamquam indigna populō Rōmānō prīmum ā senātū impetrārat sibi ut liceret clam prō arbitriō Viriāthō incommodāre, deinde assiduē obtundendō litterāsque missitandō effēcerat ut īdem senātus ruptīs foederibus palam bellum Viriāthō īferendum dēcerneret.

Quō dēcrētō frētus Caepiō Arsam urbem ā Viriāthō dērelictam dēditiōne accēpit, et ipsum Viriāthum fugientem et obvia quaeque vāstantem circā Carpetāniam assecūtus est māiōrēs sēcum cōpiās trahēns quam Viriāthus, quī ob paucitātem suōrum proeliō abstinēre satius esse exīstimāns, māiōrī parte cōpiārum per vallem quandam obscurā dīmissā, reliquās in tumultō quōdam īstrūxit ut speciem dīmicāre volentis hostī praebēret. Sed ubi quōs praemīserat iam extrā perīculum esse sēnsit, ad eōs advolāvit tantō contēptū hostis tantāque celeritāte ut quī īsequēbantur quōnam sē prōripuisset nōn sentīrent. Caepiō in Vettōnēs et Gallaicōs dīrectā aciē illōrum agrōs dēpopulābatur.

grātiā inīre (ab aliquō) = amīcitiā coniungere (cum aliquō)
pangere pepigisse pactum; foedus pangere = foedus īcere

annō 141
Q. Servilius Caepiō, cōs. a. 140
Serviliānī frāter
pactum -ī *n* = quod pactum
(< paciscī) est
impetrā verat
in-commodāre = *molestārī*
(< molestus)
ob-tundere = molestārī, saepius
repetere
missitāre = saepe mittere
īdem: ipse

annō 140
frētus -a -um (+*abl*) = fidēns
dē-relinquere = relinquere, dēserere
obvius -a -um = quī invenītur
inter iter
as-sequī = persequī

speciem dīmicāre volentis: quasi dīmicāre volentēs

ad-volāre = accurrere
contēptus -ūs *m* < contemnere
celeritās -ātis *f* < celer
quō-nam *adv*
prō-ripere (sē) = prōsilīre, ērumperere
dī-rigere -rēxisse -rectum

interitus -ūs *m* (< inter-īre) =
mors

Viriāthī interitus

erat exiguī somnī: vix dormiē-
bat

ob-ire, *ger* ob-eundus
parātor *esset*
vel = etiam
: amīcī ad eum adire poterant

populārēs -ium *m* = fautores
ob-servāre = advertere
negōtium -ī *n* = rēs

plāga -ae *f* = ictus

mortifer -era -erum = quī mor-
tem affert
opportūnus -a -um = idoneus
īn-flīgere -ixisse -ctum = per-
cutere

cliēns -entis *m* = vir potentiōrī
subiectus

plāctus -ūs *m* = ictūs quī in flē-
tū fiunt (praecipuē in pectus)
afflīctāre = querī

orbāre = orbus facere

angere = cruciāre, sollicitāre

Porro Viriāthus fidissimōs ex amīcīs, Audācem, Di-
talcōnem et Minūrum ad Caepiōnem prō pacīscendō 300
foedere mittēbat. Hōs Caepiō ingentibus dōnīs ac multīs
prōmissīs eō indūxit ut Viriāthum sē interfectūrōs polli-
cērentur ac tandem sic rem cōnficerent. Erat Viriāthus
exiguī admodum somnī, tum ob variās quibus distrahē-
bātur cūrās, tum ob assiduōs labōrēs. Quīn etiam saepe 305
cum armīs quiēscēbat ut excitātus ad omnia obeunda es-
set parātor, quāpropter vel noctū ad eum patēbat amīcīs
aditus. Hōc mōre et hāc lībertāte accessus Audāx et eius-
dem sceleris populārēs, observātō prīmō eius somnō,
quasi gravī aliquō urgente negōtiō in tabernāculum ac- 310
cedunt, illātāque in iugulum plāgā (pars haec sōla corpo-
ris armātī nūdāta erat) iacentem necant.

Mox sine strepitū, nēmine sentiente, quod mortiferum
vulnus opportūnō locō īnflīctum esset, ad Caepiōnem
trānsfugiunt praemiumque petunt. Concessum illīs ut 315
quae ad eum diem possēderant tūtō habērent. De prae-
miīs ad senātum remissī sunt.

Ortō diē clientēs Viriāthī atque omnis exercitus, ratī
eum quiēscere, mīrābantur cūr plūs solitō somnum prō-
dūceret, dōnec nōnnullī mortuum in armīs iacēre intellē- 320
xērunt. Tum extemplō tōtīs castrīs plāctus ac complō-
rātiō audīta est, afflīctantibus sēsē cūctīs ob eius mor-
tem et iam dē suā salūte ānxiīs, ut quī sēcum reputārent
tantō duce orbātī quantīs in periculīs versārentur. Māxi-
mē autem eōs angēbat quod sceleris auctōrēs nōn repe- 325
riēbantur.

<p>Itaque cadāver magnificentissimīs īnstrātum vestibus in altissimā pyrā cremārunt, caesīsque multīs hostiīs, tum equitēs tum peditēs per turmās in orbem dēcurrentēs cum</p>	<p>cadāver -eris <i>n</i>= corpus mortuum īnsterne -strāvīsse -strātum = operīre pyra -ae <i>f</i>= rogas</p>
<p>330 armīs barbaricō mōre Viriāthum celebrābant, nec inde prius abscessum quam ignīs prorsus exstīnctus est. Per- actō fūnere gladiātōrium mūnus ēditum.</p>	<p>barbaricus -a -um < barbarus prorsus <i>adv</i>= omnīnō mūnus: lūdus</p>
<p>Hoc suī dēsīderium relīquit Viriāthus, vir, ut inter bar- barōs, imperiō dignissimus, in adeundīs perīculīs nullī 335 posterior, in praedā dīvidendā aequālītātis studiōsissi- mus. Nam ampliōrem partem vel offerentibus amīcīs numquam abstulit et eam ipsam fortibus virīs distribuē- bat. Quō id assecūtus est (quod difficillimum factū est)</p>	<p>ut: etsī nullī posterior: p̄rimus aequālītās -ātis <i>f</i>< aequālis vel: etiam quō = adeō</p>
<p>ut, cum exercitum habēret ex dīversīs gentibus cōnflā- 340 tum, tamen annīs octō quibus bellum gessit nūlla sēditīō in eius castrīs orta sit, sed mīlitem semper habuerit ad omnia obsequentem et subeunda perīcula impigrum.</p>	<p>ut ... orta sit ... habuerit cōn-flāre = componere (ex plū- ribus)</p>

Bellum Viriāthicum cōnfectum

<p>In locum Viriāthī novō imperātōre creatō Tantalō ad-</p>	
<p>345 versus Saguntum expeditīō suscepta est. Hanc urbem Hannibal ēversam īnstaūrāverat et patriae nōmine Car- thāginem appellārat. Repulsōs inde Hispānōs cum Bae- tim amnem trānsīrent, subsecūtus Caepiō ita pressit ur- sitque ut Tantalus suīs rēbus diffidēs et sē et exercitum</p>	<p>suscipere = assūmere ē-vertere = dīruere appellā verat re-pellere reppulisse re-pulsum Baetis -is <i>m</i> (<i>acc</i> -im) urgēre ursisse rēbus: vīribus</p>
<p>350 trāderet eā condiciōne ut nōn inīquius quam subditōs tractāret. Omnibus armīs spoliātī et, nē deinceps latrōci- niīs vīveret, terrā satis amplā dōnātī sunt.</p>	<p><i>eum</i> tractāret</p>

Hic fuit Viriāthici bellī exitus.